Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Quid gemis? exclamat quidam: Inte ipse magister
Istud dedisti ferrum, et armasti manus.
Reddimus ecce tibi tam milia multa notarum,
Quam stando, flendo te docente excepimus
Non potes irasci, quod scribimus; ipse jubebas,
Nunquam quietum dextera ut ferret stylum.
Non petimus, toties te praeceptore negatas,
Amare doctor, jam scholarum ferias.
Pangere puncta libet, sulcisque intexere sulcos,
Flexas catenis impedire virgulas.
Emendes licet inspectos longo ordine versus,
Mendosa forte signid erravit manus.
Exerce imperium! jus est tibi plectere culpam,
Signis tuorum te notavit segnius.
Talia ludebant pueri per membra Magistri,
Nec longa sessum poena solvebat virum.
Tandem luctantis miseratus ab aethere Christus,
Jubet resolvi pectoris ligamina;
Difficilesque moras animae ac retinacula vitae
Relaxat, artus et latebras expedit.
Sanguis ab interno venarum fonte patentes
Vias sentus, deserit praecordia.
Totque foraminibus penetrati corporis exit
Fibrarum anhelans ille vitalis calor.
Haec sunt, quae lignitis expressa coloribus hosce
Miraris: ista est Cassiani gloria.
Suggere, signod habes justum vel amabile votum,
Spes signa tibi est, signid intus aestuas.
Audit, crede, preces, Martyr prosperimus omnes,
Ratasque reddit, quas videt probabiles.
Pareo: complector tumulum; lacrymasque funi
Altar deseritore, sarum pectore.
Tunc arcana mei percenseo cuncta laboris:
Tunc quod petebam, quod timebam, murmur
Et post terga domum ~~so~~ dubia subsorte relictam,
Et spem futuri forte nutantem boni.
Audior: urbem adeo: dextris successibus utor:
Domum revertor: Cassianum praedio.

Porro diem Martyrii S. Cassiani fuisse Idus Augusti, ~~constat~~ testantur ~~Acta~~ vetustissima ~~ex Codice Ms. Georg. Sanctigeorgiano~~ apud Bartholomaeum Fridentinum: Cassianus primus Sabionensis Episcopus, captus in Forum Cornelii ducitur ab iniquis, Ubi ---- cum gloria ~~sua~~ martyrii transiit ad Christum Idus Augusti. In Calendariis Hinderbachianis